

IV.
ORATIO
 IN
GYMNASIO GOTHANO
 HABITA
 A
 IO. HENR. STVSS.
 GYMN. RECT.

CELSISSIME DVX
FRIDERIC
 DOMINE AC PATER PATRIAE
 LONGE CLEMENTISSIME;
 SERENISSIMI
PRINCIPES FRATRES
 DOMINI CLEMENTISSIMI;
 PERILLVSTRES ET GENEROSISSIMI AVLAE
 AC REIPVBLICAE PROCERES,
 MAECENATES BENIGNISSIMI;
 VIRI VARIA MVNERVM DIGNITATE SPECTATISSIMI,
 SVMME VENERABILES, CONSVLTISSIMI, EXPERIENTISSIMI,
 PLVRIMVM REVERENDI, NOBILISSIMI, AMPLISSIMI QVE, PATRONI,
 FAVTORES, COLLEGAE, AVDITORES OMNIVM ORDINVM
 HONORATISSIMI.



Nihil tristius, nihil flebilius accidere posse numerosae sobo-
 li, quam si e medio tollatur parens mitissimus, amore
 tenerrimo suos complexus, eorumque saluti atque inco-
 lumitati summa cura ac sollicitudine prospiciens, qui-
 cumque non sunt ab omni humanitate remoti, facile v-
 no fatebuntur ore. Quo maiora enim atque cumula-
 tiora sunt beneficia ab optimo patrefamilias cum in liberos, tum in omnem ab
 ipsius